Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



55.

nia cantarent. Quod et fecimus. Interim Beata Dei Genitrix Virgo Maria cuidam Religioso, nomine Reinero, jam dicti Innocentii confessori apparens in hac verba eidem mandavit. Tu Ordinem Cisterciensem, cujus Advocata sum, destruere conaris: sed non prevalebis. Etnisi citius de tuo malo proposito respiscas; ego te et omnem potestatem tuam conteram. Hujusmodi nuntio Dominus Innocentius audito, sciens Reinerum virum esse sanctum ac veracem, timuit; intantum de concepto peccato poenitens, ut Ordinis privilegia roboraret, hoc adjiciens, ut primo omnium negotia Ordinis in curia expedirentur. Hodiedum feriis sexti, Quadragesimae e capitulo ad ecclesiam, non tamen nudis pedibus, procedentes Psalmos poenitentiales, et dein prostrato corpore in Ecclesiaslitanias omnium Sanctorum decantamus.

92) De S. Mauritio Manriques Annal. ad an. 1177 C. 9; 1191 C. 6, ubi en illius vita: Migravitque ad Dominum tertio Idus Octobris anno ab Incarnatione Domini MCXCI. Henriquez vero ad 22 Oct. de eodem agit perpaucis. De B. Brunone Chronicon Belgicum apud Manriquem ad an. 1132 C. 4; et Henriques Menol. ad 24 Aprilis, ubi etiam Comitis de Altena, equitis Bonno fuit, genealogia attexitur. De B. Alcelina Manriques ad an. 1195; Henriques ad 18 Maji, et Rasi. C. 5 Dist. 3. De B. Petro Cantore, electo Episcopo Tornacensi, sed hac dignitate rendiata Novitiat ~~Longisontanus~~ Cisterciensis in Longiponte, Manriques ad an. 1197; ubi ejus scripta volumina ex Trithemio recensentur. De S. Silvano Manriques ad an. 1199; et Henriques ad 16 Aprilis. De B. Joanne Magno sive de Monte mirabili dicto idem Manriques ad an. 1184 C. 3, 4, 5; 1186 C. 5; 1196 C. 6; et 1200, quo Sanctus ~~Sanctus~~ obiit, C. 5.

*) Bruselius Monasteriol. et Jongelinus in Notit. Abbat. Cisterc. | Obtinuerat Alberius ipse bullam a Lucio III, qua hi Pontifex ~~Venerabilibus Fra~~

| Cat. Cisterciensis addit diem obitus 30 Septembris.